UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 38. Rhodi expugnatio a Mahomete II. tentata

urn:nbn:de:hbz:466:1-66444

Visual Library

Secul. XV.
A. C. 1480.

## §. XXXVIII.

### *Rhodi expugnatio a Mahomete II tentata.*

*Boſius to. 2. l. 11. & 12.*

Ad hæc usque tempora Turcæ continuato victoriarum curſu latius graſſabantur, non ſine ingenti luctu atque dolore ſummi Pontificis, omniumque, quorum animis verum conſervandæ religionis ſtudium inſederat. Mahometes II, cum Italiam armis infeſtaſſet, ægre admodum ferebat, Rhodum Inſulam imperio ſuo adeo finitimam adhucdum ab Equitibus Jeroſolomitanis S. Joannis poſſideri, continuisque maritimis eorum excurſionibus mare reddi infeſtiſſimum Turcis, necnon hos ab illis non ſemel ingenti clade fuiſſe attritos; Quapropter Sultanus, hanc Inſulam ſeu potius illius Metropolim expugnare, poſt maturam longamque conſultationem omnino decrevit, quorumdam proditorum, qui ad eum defecerant, ſollicitationibus incitatus. Igitur tanta qua valuit, taciturnitate claſſem inſtruxit, eidemque præfecit Meſitem Vezirium Baſſam, ex Palæologorum ſtirpe ortum, qui cum exercitu ſuo die vigeſima tertia Maji præſentis Anni ſupra milleſimum quadringenteſimi octogeſimi excenſionem in Inſulam fecit,

§. XXXIX.